



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Scintillæ Ignatianæ, Sive Sancti Ignatii De Loyola, Societatis Jesu Fundatoris Apophthegmata Sacra**

**Hevenesi, Gábor**

**Coloniæ, 1715**

**VD18 10988289**

20. Aprilis. Nec tantùm è cœli, siderúmque aspectu sed etiam tenuis  
herbulæ, reíque cujuslibet tenuissimæ conspectu confestim in Dei  
amorem novit evolare, qui Deum novit. S. Ignat. apud Maff. l. 3. ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50423)



tas dum æger spe destitutum se videt, & duplici sic premitur malo, morbi uno, in mentia tuæ altero, qui eum, quem potius imò debes, non consolaris.

Nec est immisericordia major, qui eum deserere, qui se juvare non potest. Quod se, suaque Deo dedit, meretur ibi non esse, ubi summa est necessitas.

20. Aprilis.

*Nec tantum è coeli, siderumque aspectu etiam tenuis herbula, rei que cuiuslibet tenuissima conspectu confestim in Deum amorem novit evolare, qui Deum novit.*  
S. Ignat. apud Maff. l. 3. c. 1.

**U**T ignis nativo impetu sursum fertur, ita monitore nullo, nec Duce, scalis cor eget, quod Deum amat, ut eluctetur; tacitis eò vinculis ita potenter trahitur, ut anima plus illic se esse, quam ubi animat, omninò experiatur.

Perspicaces sunt amoris oculi, nec color tantum tantum extimum, nec colorem attendit: rimatur acutiùs, medullam intrat, & è re creata ducitur ad creatorem. Ubi amor, ibi oculi, seu corporis, & mentis.



Sol oculis eripi potest , sed non Deus : amanti ubique videtur. Etiam cùm dormit amans, ejus cor vigilat , & illic assistit præsens, ubi amat , nulla intervalla spatii, tenebræ nullæ aut obices iter hoc possunt impedire. Ubi thesaurus tuus , ibi & cor tuum.

Cujus oculi colore aliquo suffusi sunt, idem color semper oculis obversatur, quidquid demum aspiciat; ita qui Deum solum amat, solum novit, ille solum ubique invenit, ubique videt.

21. Aprilis.

*Ama etiam perditissimos : ama residuam in iis Christi fidem , si , & hac carent, ama virtutes, quibus destituuntur : ama sanctam, quam gerunt, imaginem; ama Christi sanguinem, quo redemptos credis. S. Ignat. apud Bart. n. 20.*

**O**Mnes quidem, scelerati tamen maxime, tenerâ sunt fovendi charitate: hæc enim unica restat via , quâ meliorem ad vitam revocentur. Non respiscunt, nisi amati.

Facilior animi, quàm corporis morborum est medicina : illi amore trahuntur, & ma-